

451.

1258 d. 5 Sept.

Viterbo.

Påfv. ALEXANDER IV:s Bref till Biskopen i Westerås med befallning att å Påfvens vägnar gifva tillstånd att flytta Upsala Domkyrka till ett mera passande ställe.

A. 1. d. 53. *)

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum dei. Uenerabili fratri. Episcopo Arusiensi in Swechia. Salutem & apostolicam benedictionem. Intimantibus Venerabili fratre nostro. Archiepiscopo. & Dilectis filiis Capitulo vpsalensi, accepimus, Quod eorum ecclesia est in vili & despecto loco fundata. ita quod propter quamplurimas incommoditates, et in precipuis festiuitatibus vpsalensis ecclesie vix inueniuntur aliqui quibus Archiepiscopus predicet uerbum dei. Quare fuit nobis ex parte ipsorum humiliter supplicatum. vt quod dictam ecclesiam, retento sibi suo antiquo nomine, transferre ad alium locum eis magis idoneum possint, ipsis concedere de benignitate sedis apostolice curaremus. Nos igitur eorundem supplicacionibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus Quatinus transferendi eandem Ecclesiam ad locum alium, prout exigentibus necessitate ac utilitate uideris expedire, tribuas eis auctoritate nostra liberam facultatem, sine preiudicio iuris alieni. Datum Viterbij. Non. Septembris. Pontificatus nostri anno Quarto.

452.

1258 d. 23 Dec.

Bisk. HENRICKS i Linköping anmaning till invånarne på Gothland och Öland att med gåfvor, mot hvilka utlofvas 40 dagars afmat, men 30 dagars till dem, som förqvåft sina späda barn, understödja byggnaden af Nydala kloster, hvilken långt ifrån att fulländas, snarare tycktes förfalla genom brist på tillgångar.

A. 3. x. 1: 37.

H. Dei gracia Lincopensis Episcopus. Uniuersis Gutlandiam & Ölandiam Inhabitantibus Salutem & pro temporalibus bona recipere sempiterna Apte satis conuenit ac decet. Vt omnes fideles christi vinculo karitatis vniti. Fraternali compassione studeant necessitates suas jnvicem subleuare. In hiis maxime que ad cultum spectant diuinum & sancte Religionis proficiunt Incrementum. Inde est Quod karitati vestre duximus intimandum. Quia oratorium quod in cenobio nouewallis a beato bernardo jn honore beate virginis est fundatum. propter nimiam sterilitatem Loci jllius & jnopiam. Nisi per elemosinam & Largam fidelium beneuolenciam. In suum statum & congruam perfectionem nequaquam poterit perduci. Immo eciam ruina &

*) Efter en af Biskop KARL i Westerås år 1271 d. 9 Sept. gifven afskrift.